

Non possum ulla ratione venire Ulricksdahliam. constitutus Promotor³ debeo intra 14 dies Programata, Orationem, literas et omnia curare et absolvere, ut ne horula mihi supersit. hoc mihi sostrum laborisque premium, si neglexero debeo fame periclitari; quod nolit R. optimus.

Si accedas Holmiam, rogo loquaris cum D:no Grill,⁴ ut ejus frater Amstelodami ad eum curet deferri omnia, quæ ad Te et me mittat D:nus Rolander; ego etiam ad eum scribam.

D:nus Licent. Schultz heri abibat Holmiam petens et inde Londinum, hinc literas ejus remitto.

His vale mihi semper colende, Amicorum integerrime.

Dabat Tuus sincerus

Upsala d. 18 Octobr.

1754.

cultor

Carol. Linnæus.

Utanskrift och sigill som på bref. 874.

¹ Om BÄCKS ifver att hereda ROLANDER tillfälle att företaga resan till Surinam vittnar utom detta äfven bref. 878.

² Antagligen ANTONIO DE ULLOA, se bref. 751 not. 2.

³ Medicine doktorspromotion, hvarvid LINNÉ var promotor, egde rum den 31 Oktober. Jfr bref. 880.

⁴ CLAS GRILL, se bref. 254 not. 5. Hans tvillingbroder ANTONI var köpman i Amsterdam.

878.

Amico integerrimo

DD. AB. BÆCK

S. pl. d.

Car. Linnæus.

occupatus quotidie in publice et privatim docendo auditores ea quæ ad Materiam medicam spectant, Tuas accipio literas, quibus nomine Ser. Regis mihi injungis relinquere auditores discipulos et me conferre ad Ulricksdahliam proxima hebdomade.

Cum mihi officium Promotoris injunctum sit, vides facile, quam mihi difficile sit relinquere omnia, et nutui Regio obtemperare; sed non juvant lacrymæ; debeo equidem hoc facere, sed habet hebdomas aliquam latitudinem, adeoque si accessero ad